



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloqventiæ,

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XVII. Adhortatio ad continuam meditationem præsentiaë Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39015

Philosophia sobriè desumptis, nititur, in odium adducat, & penitus è Scholis profliget.

Quocirca, ne arma ad defensionem à Deo ter Opt. Max. Catholicæ Ecclesiæ concessa, hostibus non vi, sed partim blandiloquentia, partim convitiis eripere conantibus, turpiter deseruisse videamur, tanto majori cura & vigiliis in hanc professionem incumbere conveniet, quanto magis eandem ut abjiciamus, hostes instare videmus, & urgere.

XVII. ADHORTATIO AD CONTINUAM & JUGEM MEDITATIONEM PRÆSENTIÆ DEI.

Vide R. P. Martini del Rio, de præsentia Dei orationes decem. Ser. lib. 1. cap. 11. Viste 3. partem nostram Germanicam Moralem Theologiae c. 3 pag. 2. & P. Franciscum Aras de hoc themate.

EXORDIUM à præcepto Epicuri, de præsentia aliquo cogitando. Epicurus Philosophus, inter cætera impurus, suis præcipere solebat ut semper cogitent, vitæ suæ testem aliquem adesse. Laudat hoc præceptum Seneca; sed prudenter addit, hunc testem aliquem bonorum esse debere, ut Catonem, Lælium, Scipionem, & similes; quos animus vereatur, quorum auctoritate secretum suum sanctum homo faciat, ad quos mores nostri se ipsi erigant; nec enim, nisi ad regulam, prava unquam corrigi. Verum quia regulam undiq; æqualem, inflexibilem, & perfectam esse decet, mortalium verò nemo sine viriis nascitur, recti^o omnino dixisset, Deum nobis præsentem esse semper cogitandum.

PROPOSITIO, Hac continua cura Deum sibi præsentem effingendi, nihil esse honestius, nihil utilius, nihil jucundius, nihil facilius, nihil magis necessarium demonstrabo.

CONFIRMATIONIS I. *Locus ab honestate & dignitate.* Quanta sit DIGNITAS huius exercitii patet. Primò, quia perfectio virtutum in hoc divina præsentia cõtemplata culmine conquiescit; postquã cæteræ

ceteræ virtutes nos ad eam (Dei ut præsentis, quasi quandam inspectionem) ut ad summum perfectionis humanæ gradum deduxerunt.

II. Quia similes nos facit Angelis. 1. quia, quod Angelorum privilegium est, semper dat frui continuo quodam Dei aspectu. 2. Assimilat nos Angelis quoad quendam fulgorem, sicut Angeli clarissimo splendore refulgent, sic etiam hæc familiaris Dei præsentia miram quandam animo lucem conciliat. Moyses, ut à Dei præsentia & colloquio rediit, è facie splendidum quid & gloriosum emicabat, ad eò ut radios corniculantes, qui perstringerent intuentium aciem, exerere videretur, & id eò velum faciei imponere cum populo acturus cogebatur. 3. Perpetua Dei (ut præsentis) recordatio nos similes reddit Angelis munditia & puritate. Nam principio cor inflamat, mox, ut ignis aurum solet, illud ab omni immunditia expurgat, & sic animam, omni paulatim vitio cõsumpro, quod de terrena substantia corporis hauriebat, ad splendorem sibi consentaneum majore cum gloria reducit. Munditia quidem animæ est causa Deum videndi. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Sed in hac vita Dei visio, iterum est causa novæ majoris munditiæ, cum hic non in statu, sed in via simus, hæc lux assidue crescit, hæc duo se mutuo jugiter adaugent, & quasi procreant de novo. Considera Deum tibi præsentem, abjicis aliquid sordium, accessit aliquid puritatis, clarius quoque & frequentius in Deum intueberis, atque ita deinceps donec planè emunderis: vide igitur videntem te Deum.

III. Quia hoc exercitium continuæ Dei præsentia semper meditandæ cum orbe fuit natum, cum eodem adolevit, & placuit cunctis, qui Deo placuerunt, imò quo sanctiores homines erant, hoc eis studium istud sanctius fuit, & antiquius.

Pars II.

I

Tem-

*B. Nilus
Chrysoströmæ
auditor lib.
de Orat. cap.
107.*

*B. Diadochus
lib. de
perfect. spiri-
tuali. c. 97.*

Tempore NATURÆ, Angelus, initium creaturæ, quamdiu oculos à Deo non deflexit, stetit, & gratus Deo permansit: postquam verò oculos à Deo avertit, & in semet ipsum per superbiam convertit, sibi que visa sui pulchritudine ac decore, & perfectione male placere incœpit, statim de cœlo cecidit Lucifer, detracta est ad inferos Superbia eius; si lapsus celeritatem spectes, ut fulgur; si altitudinæ, ex empyreo in centrum terræ; si durationem, nunquam amplius in cœlo locus eius invenietur.

Esa. 18.

1, Tim. 2.

Gen. 3.

Quamdiu protoplasti conservarunt innocentiam, fœlicem certè, & jucundã, in Paradisi deliciis, degebant vitam: innocentiam vero servarunt, quamdiu assidui fuerunt cum Deo, & oculis animi eorum semper Deus, quasi præsens obversabatur. Ut Eva cœpit oblivisci Deum ubique præsentem, cum serpente ambulare & colloqui, audire sibilum anguis potius, quam Dei præceptum, in prævaricatione seducta fuit, præceptum transgressa, pomum comedit, & maritum (tum quoque præsentiæ Dei immemorem) in errorem ac fraudem impulit. Lapsus ergo in foveam corruit Adam, quia oculos à Deo transtulit in mulierem, quia ex Dei famulo factus est uxorius. Quanta & ipsis, & cunctis hominibus hinc Ilias malorum prorupit? quot in uno malo mala? tantum, quia non meminerant præsentiæ Dei, quia Deum videre desierant, quia aliò lumina declinarant.

Offert uterque filius Evæ Deo munera de labore manuum suarum. Deus ad Abel, & ejus munera respexit; Cainum cum sacrificio suo despexit. Cur primorum germanorum fors tam diversa? quoniam Cainus se, non Deum respiciebat, viliora Deo donabat, meliora sibi retinebat. Ut à cœlo & Deo ad solum & seipsum oculos dimisit, cœpit se à Deo alienare, se quærere, se plus amare, deinde & male
sacri-

sacrificare, irasci, & invidere fratri, malo mœrore contabescere, Dei monita aspernari, fratri necem machinari, imò ut victimam ante aras mactare, Deo procaciter eadem commissam negare, & sceleris admissi veniam desperare. Et ut hic primus hominum inferni meruit addici suppliciiis: ita Abel primus veritatis præconio, justus appellatus, primus Virgo, primus Martyr, primus ingredi meruit in Limbum Patrum, & nisi cœlestis palatii vestibulum clausum fuisset, primus cœli Palatinus futurus, primus traditur Deo placuisse, cum primus traditur gratum Deo sacrificium obtulisse: quia, ut Josephus prodidit, in omnibus quæ faciebat, Deum sibi præsentem reputabat.

Matth. 23.

Lib. I. Antiq. c. 4.

4.
Heb. II.
Gen. 5.

Henoch ab Apostolo *vivus translatus Deo placuisse* memoratur: quia enim coram, vel cum Deo, ut loquitur Moyses, *ambulavit*, hoc est, Deum semper animo præsentem habuit, vel præsentem sibi Deum jugiter recordatus est, idè rectè & inculpate vivens, Dei voluntati mandatisq; per omnia obtemperavit, & idcirco Deus illum in Paradisum transtulit: nec passus est tam fidum & assiduum comitem suum diutius inter hominum corruptelas degere. Paradiso Adam pellitur, quòd Deum ante oculos habere desisset; in Paradisum Henoch introducit, quoniam à Dei præsentia oculos non avertit. Quod Scriptura sacra duos duntaxat prodidit in Paradisum vivos fuisse raptos, Henoch & Eliam, & utrique testimonium perhibet continuæ Dei præsentia, dum ait, *Henoch ambulasse cum Deo; Heliam stetisse ante vultum Dei*; docet in Paradisum, qui cœli typus est, nullos rapi prætereos, qui dum hic degunt in hac Dei præsentia exercentur sedulo & constanter, sedulitatem significat vox *ambulandi*, constantiam verò *standi* vocabulum.

3. Reg. 38.
v. 15.

5. Septima generatione Adami in unica familia
Gen. 6. Seth nonnullæ probitatis reliquæ remanserant,
 eò quòd Deum verum colebant & iis Deus ante
 oculos obverfabatur: cæteri mortales Deum nec
 cogitabant, nec venerabatur, idcirco istam faciem
 Deus *carnem* vocabat: sed illos Sethi posteros, *fi-*
lios Dei, quamdiu, ut coram parente, coram Deo
 modestè & reverenter, & morigere se gerebant,
 appellabat. Caro verò facti, carnem genuerunt,
 hoc est, per carnis concupiscentiam carnales filio-
 os, carnis & appetitus mancipia. Quia enim lumi-
 na procul à Deo declinârunt, contempta veri boni
 pulchritudine, capti sunt oculis per vani & fucati
 pulchri quandam speciem. Hinc præcipites juê-
 re, qui ex tam degeneri concubitu nati, in omne
 scelus, famosi gigantes, qui mox sceleribus suis
 diluvium advocaverunt, communem orbis ca-
 lamitatem, & humani generis interneccionem.
 Etenim universalis diluvii causa fuit ambularo
 cum filiabus hominum, videre quod concupisce-
 re non licebat, & oculos inviscari, causa verò sa-
 lutis & (quo genus humanum restauretur) con-
 servari seminis Noëmo justo atque perfecto fuit,
 intueri Deum, eius capti pulchritudine, & cum eo
 ambulare.

6. Postquam Patriarcha Abraham minor esset uno

Gen. 17. anno, quàm centenarius, ac fide, spe, obedientia,
 misericordia, charitate floreret, dicebat ei Deus:
Ambula, hoc est, vive, coram me, (hoc est, prout te
debet vitam me vidente instituere) & esto, hoc est,
eris, perfectus, quasi diceret, ut fias animo ac virtu-
te centenarius, cogita semper me tibi esse præsen-
tem: Hæc cogitatio te in futura vita beabit, & in
præsenti consummabit.

7. Tempore legis Mosaicæ omnes Sancti, Dei præ-

Jer. 17. sentia studio sissimi, eam perpetuò meditabantur.
 Jeremias de se ausus est dicere ipsi Deo: *Quod*
egres-

egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit, hoc est, quidquid locutus sum, tibi placuit, quia cogitans te mihi presentem, nihil protuli, quod non deceret audire. Eliæ & Elisei solenne hoc erat iusjurandum: *Vivit Dominus, in cuius conspectu Tobias filio præcipiebat: Omnibus diebus vitæ tuæ in mente tua habeto Deum.* Ezechias Rex ad impetrandam vitæ suæ prorogationem, hoc usus est argumento: *Obsecro Domine, memento, quæso, quomodo ambula verim (hoc est vixerim) coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.* Moyses toto vitæ tempore hanc Philosophiam excoluit, teste Apostolo, *magis elegit affligi cum populo Dei quàm temporalis peccati habere iucunditatem, quia, teste eodem Paulo, in remunerationem vitæ aeternæ respexit, & invisibilem tanquam videns sustinuit, hoc est, Deum, qui oculis corporeis nequit videri, oculis animæ continuò aspexit, ejus opem auxiliumque expectans.* Certus se à Deo videri, coram vidente cuncta Deo semper ambulavit, & hac fretus fide, terrena cuncta conculcavit. Deus bone, quot pericula, quot insidiæ, quot persecutiones hunc virum aulae Regis valedicentem uno agmine invaserunt! hinc spectorū Ægyptiorum odia circumstabant, hinc Hebræorum ingratitude accusantium homicidii impetebat, furebat tyrannus, aulici domino digni furentē inflammabant, tota Ægyptus in unum caput conspirarat. Sed animo uni firmus in hæres Deo, fortunis nudatus, fortunæ victor & victor evasit. Ereptus persequentibus, quando Deus equum & ascensorem dejecit in mare, cecinit Epicinium Eucharisticum, & construxit Deo sanctuarium seu Tabernaculū, ubi cum Deo quasi habitaret, ubi continuo Deo ut præsentem, meditatione, votis, laude, & opere assisteret, nec ab ejus præsentia factis, verbis, animo unquam recederet. Tanti Moyses Dei præsentiam

8.
3 Reg. 17.
4 Reg. 5.
9.
Tob. 4.
10.
Esa. 38.
11.
Heb. 11.

Præsentem Deum cogitare magnā præbet securitatem.

Exod. 15.

familia
iferant,
us ante
um nec
o facem
eros, si-
am Deo
erebant,
uerunt,
ales fili-
n lumi-
eri boni
& fucati
res jué-
n omne
bus suis
rbis ca-
ionem.
nbularo
upisce-
verò sa-
) con-
to fuit,
cum eo
Ter uno
hientia,
Deus:
rout te
hoc est,
c virtu-
ræsen-
t, & in
ei præ-
antur.
: Quod
egref-



Num. 12. faciebat, & idcirco tantopere Deo placuit, ut Deus illum cunctis Prophetis præferret, & cū illo *de facie ad faciem*, ut amicus cum amico, loqueretur.

13. Legis Evangelicæ tēpore cultus Sapientiæ huius multo fuit illustrior. Nec enim ultimus, aut minimus iste fructus est Incarnati Verbi, quod possumus jam visibili specie Deum nobis proponere, cum quo quasi ore ad os colloquamur, & in cuius oculis nos ambulare censeamus. Laudat B. Lucas Zachariam & Elizabeth, quod ambo fuerint *justi ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela*, hoc est, irreprehensibiles, velut ante Deum incedentes, &c. Et Zacharias non contentus exemplo præiuisse, etiam cohortatur nos ad hoc exercitium in mysteriis referro suo cantico, *ut sine timore* (inquiens) *de manibus inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi* (Deo) *in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris*, hoc est, singulis, nullo non vitæ nostræ diebus.

Quia Joannes Domini Præcursor splendide patrisabat, meruit testimonium Veritatis illustrissimum, *inter natos mulierum* eo majorem non surrexisse. Fuit tam magnus coram Domino, vel iudicio Dei, quia semper coram Deo ambulavit. Si bonæ ac fidæ *ancilla oculi semper* (ut ait David) *sunt in manibus dominae suæ*, semper attendunt & intendunt ad gestus, nutus, & quasvis significationes dominæ voluntatis: quis credat sacratissimam Dei Genitricem, quæ per Antonomasiam *Ancilla Domini* dicitur, oculos unquam à Deo avertisse? Dominus semper erat cum illa, quia illius *oculi semper in manibus Domini sui* erant. Apostoli omnes simillimi hoc in studio fuerunt B. Paulo, qui in omnium persona ait: *Sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur*. Mens eadem semper fuit omnium spiritua-
lis sapientiæ magistrorum, Monachorum & Anachore-

15.
1. Cor. 2.

choretarum, quorū *semper in caelis conversatio fuit*,
quia mundum calcaverunt, carnem macerave-
runt, & ad inveniendam comparādamq; perfecti-
onem ardentissimi, ad retinendam constantissimi,
ad docendam eruditissimi fuerunt.

IV. Quia hoc exercitationis genus tam seriō per
Moysen Deus Israelitis commendans, tot oblati-
onibus ac festivitatibus inculcavit. Nam decimas
ac primitias vini & frumenti, ut alimentorum ho-
mini maximè necessariorum, idcirco jussit sibi of-
ferri, ut dum assuescerent, alimenti quotidianam
partem Deo toties tribuere, nunquam Deum an-
te memoriæ oculos habere desinerent. Ideo quoq;
fancivit, ut omne masculum ter in anno coram
Domino Jerosolymis in templo appareret: in festo
Paschæ, (quod incidebat in mensem novarum fru-
gum, Martium, anni apud Judæos initium:) in fe-
sto Pentecostes (quod incidebat in mensem Ma-
jum, æstatis & anni maturescens initium:) in fe-
sto Tabernaculorū, (quod fuit in calce anni men-
se septembris) Perfectus hic numerus ternarius
docebat semper ipsis coram Deo tota vita esse am-
bulandum.

Exod. 23.34

Deut. 16.

Tria hæc anni tempora, tres istæ festivitates nos
commonent, ut assiduitatem huius divinæ presen-
tiæ animo diligenter foveamus: tum quia triplex
illud festum totum vitæ nostræ decursum, initiū,
medium, finem vitæ repræsentat: tum quia monet
nos singulis nostræ vitæ diebus hoc exercitium
jugiter renovare, ut manè nos Deo totos offera-
mus, & id diei decursu sæpe recogitemus, & in oc-
casu diei pro acceptis à Deo beneficiis gratias agē-
tes, coram Deo potente & iudice justo nos ipsos
strictè discutiamus & judicemus.

Hoc unicum exercitiū Deum à nobis exigere,
testis locuples est Michæas Propheta (cap. 6.) his
verbis: *Indicabo tibi (ô homo) quid sit bonum & quid Bonum, hæc*

est perfectiss
sais optimum
sore He-
trabo.

Dominus requirat à te, utique facere iudicium & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Tres suggerit ad perfectionem gradus, seipsum iudicare, hoc est, cognoscere, opera misericordiae exercere, & Deum præsentem sibi statuere.

II. CONFIRMATIONIS *Locus ab utilitatibus & emolumentis huius exercitii variis.* 1. Nihil magis idoneum ad DEI TIMOREM mentibus nostris ingenerandum, quàm meditatio Dei nobis jugiter præsentis, quàm cogitare nos proditoris ac perduellionis gravissimæ reos coram Rege, quem læsimus, adstare; coram iudice rigido, quem nihil culpæ nostræ fugit sisti. Non timet Deum, qui putat absentem; timet, qui credit præsentem: timer, qui scit se latere illum non posse, illum omnia videre, imò & latebras rimari. Præsentia Dei frænum quoddam est, & chomus aprissimus ad concupiscentiæ & carnis equos indomitos compescendos. Est quasi pædagogus & moderator quidam lascivientis appetitus & ingenii: est amussis, ad quam omnia joca seria nostra dirigamus.

2. Utile est hoc exercitium cum ad omnes virtutes, tum ad fundamentum reliquarum virtutum HUMILITATEM, quæ nascitur ex quadam sui diffidentia, cum quis inopiam suam, & imbecillitatem, & fœditatem recognoscit; recognoscit autem hæc omnia, postquam Deum quasi in speculo sibi præsentem agnoscit. Ait Tragicus nemine sibi miserum videri, licet sit, donec se cum felice comparavit. Qui ergo Deum aspiciens, considerat illa omnia, quæ sunt extra Deum, Dei aspectu & collatione esse minora puncto, pulvisculo viliora; se verò cæterarum creaturarum aspectu earum minimæ partis quid minimum esse, pulvisculi illius nec millesimam particulam; quantopere necesse est coram Deo se abjiciat & humiliet; quantopere confundetur cum Dei puritate conferens sordes suas, cum

cum Dei iustitia suam iniquitatem, & cum infinitis Dei virtutibus sua vitia & innumerabiles imperfectiones.

3. D. Basilius docet hanc assiduam præsentiæ divinæ meditationem utilem esse ad Dei AMOREM, quia fieri nequit, ut quis eum non diligat, cujus tanta pulchritudine, & bonitate assidue oculis obversante fruitur.

In Regulo diffuse explicatis. q. 50

4. Addit Basilius, hoc exercitio hominem vehementer accendi, ad omnia Dei mandata fideliter exsequenda: dilectio enim rei justæ & personæ jubentis perfectæ obedientiæ & fundamentum est & causa. Non ibi duræ necessitati servitur, ubi diligitur quod jubetur. S. Macarius, Magni Antonii discipulus, docet eos, qui cogitatione usque ad Christi tribunal ascendunt, & ubi est thronus eius, perpetuo stant in conspectu illius, perpetuo quoque sollicitos esse, ne quo modo à sanctis eius præceptis aberrant.

Ioan. 14. Sd dilig. &c.

5. Hinc homo valde juvatur, ut non difficile id velit, quod Deum videt velle, & præ Dei voluntate suam omniumque cæterorum voluntatem facile contemnat, & proinde nitatur soli Deo complacere. Quia omnes nos Deus conduxit, ut in eius vinea operemur, pro denario diurno, si semper cogitamus illum adesse operis inspectorem, & exactorem laboris; difficile non est opus quod libere facere, quantitate, qualitate, numero, tempore, quo Deus vult illud perfici.

Homi. 150

6. Sic humana iudicia facilius contemnemus, non curabimus placere hominibus, sed Deo, cui simul & hominibus placere non possumus. Ita natura comparatum videmus, ut quod agas coram multis, vel dicas; si inter eos aliquis sit Princeps, vel vir magnæ auctoritatis cæteri, vulgus & plebecula, dum modo illi vni te probes, non difficile contemnas cæteris placere. Hinc David: *Narra-*

Magna libertas.

*Vide homo
quàm te di-
vini oculi
observent;
circumspi-
ciant, con-
templentur.
Ps. 138.*

*Li. de vera
virg. in prin.*

*In Regulis
compendio
explicatis
9. 127.
S. Bern. ser.
12. super
Ps. 90.
Angel.
præsentia,
&c.*

verunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua: hoc est, cuncta mihi hominum præ tuis, ô Deus, judicia, nihil esse videbantur, nisi, nãniã, nugationes, ineptiã, & mera mendacia, ideò præ tuis præceptis illa despiciebam. Et, Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regũ, & non confundebar: quia videlicet non curabam illis placere, sed tibi: non metuebam illis mea improbari, sed tibi.

7. Potest hoc studium animi nostri PERTURBATIONES sedare. De utroque enim fonte perturbationum (facultate concupiscibili, & facultate irascibili) hoc exercitio præsentia divinae victoriam possumus obtinere. Imò à peccatis revocat, malos metu, bonos pudore & amore, atque ita mundos nos servans, Dei quoque amicitiam & familiaritatem nobis conciliat. D. Basilius docet ad carnis appetitum subigendum, imò etiam ad parandam castitatem, tuendamque Virginitatem nihil efficacius videri, quàm si anima semper mente Deum intuens, quasi speculum divinae illius munditiæ radios in se recipiat, & accendatur, non ad servandam duntaxat corporis puritatem, quæ ancillula est; sed etiam ad custodiendam integritatem animæ, quæ Domina & Regina. Idem Sanctus Basilius iram refrenari posse docet hoc argumento. Potest miles coram Rege suo non irasci, ob solam Regiæ dignitatis eminentiam. Si ergo tantum potest modica differentia inter duos eiusdem naturæ, quanto efficacior ad iram continendam fuerit cogitatio ejus, qui certo apud animum suum statuat, quod Deum habet inspectorem, clarius certentem animi motus, quàm Rex ea, quæ ad faciem exposita? Solet excitari in nobis quædam quasi tempestas & procella truculenta ab his importunissimis ventis, ira & libidine: sed præsentia nos adspicietis & alloquentis Dei illucescente, nihil adeò turbidum est, quod non serenetur; nihil

adeò

adeò tumidum & exæstuans, quod nõ tranquille-
tur; quælibet, inquam, animæ concitatio facile
quiescit.

8. Præsentiam Dei meditari, ut ille est ad omnes infidias non modò videndas, sed etiam evitandas, & evadendas; imò contra omnes hostes victoriam tribuit. Sicut enim columbæ in limpidis aquis cernunt umbram accipitris superuolantis, & effugiunt unguis eius: sic etiam anima Christiana, DEI columba, in speculo limpidissimo divinæ præsentia, oculo luce CHRISTI illustrato, cernit insidiantem sibi dæmonem, atque ita fit, ut nequam ille frustra rete jaciatur ante oculos pennatorum. Mundus hic rotus, ut ostensum fuit B. Antonio, laqueis plenus expansis, quos nemo potest evadere, nisi Dei lumen videat, vel Deus ipsum illuminaverit.

S. David asserit hos laqueos vitare posse illum qui sustinet vel aspicit Deum. Nam cum dixisset: *Psal. 24.*
Ad te levavi animam meam, &c. q. d. ad te, ô Deus, oculum animæ meæ, mentem cogitationesq; levavi, velut ad ductorem, inter tot laqueos, velut ad defensorem, contra tot hostes; velut ad liberatorem, ex tam gravibus periculis: ad te, in quo fiduciam omnem colloco, qui non deseris sperantes in te, certus quòd non confundar, quòd nunquam me sperasse pœnitebit, nullus unquam me stultæ spei redarguet, nunquam inimici mei prævalent, ut jure mihi queant illudere. Addit: Etenim qui sustinent) vel adspiciunt) te, non confundentur. Et cum dixisset: Te sustinui tota die, illud tandem explicat, dicens: Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. Non sufficit si obiter & aliquando Deum præsentem cogites, ne putes præsentem solum in templo, cogita præsentem quoq; in thalamo, semper inter laqueos versaris, semper ergo in lumen illud vultus divini

intra-

intendas in eo omnes insidias, velut in speculo, intrueberis, ut nemo à tergo ignarū possit inuadere: sic enim omne periculum vitari significat David, eum addit: *Evellat de laqueo pedes meos*, q. d. ostendet, ut declinem; dabit vires ut effugiam & si iam ineidero, ut confringam. Omnia ista accumulat Propheta, ut sciamus hunc ad spectum Dei, spem, patientiam, & victoriam esse connexa, nec unum ab alio separari: quia nemo vincet hostes spirituales, nisi patiens sit; nemo patienter sustinet, nisi speret in Deo: nemo firmiter sperat in Deo, nisi Deum cunctis rebus præsentem cogitet, ac credat.

2. Math. 7.

Hæc igitur cogitatio spem gignit, spes verò patientiam, patientia victoriam consequitur, victoria coronatur. Hæc cogitatio septem pueros, & eorum matrem crudelissimarum excarnificationum & sævissimi tyranni victores reddidit, ut singulorum ad tyrannum verba satis indicant. Hæc alio tempore tres alios pueros lætos caminum ignis subire perpulit, & quartum illis consolatorem allieuit, *cujus species erat similis Dei filio*. Hæc animam reddidit

Dan 3. 13.

Sulannæ ad superandas illas angustias, quæ undique illam circumstant, hinc mors corporis ignominiosa, inde propter flagitium mors animæ profuse exitialis, Unde nata fortis, & casta, & digna muliere sancta meditatio: *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini*. Ex qua consideratione natum robur animi in judicio jam ingruente morte, cum flens adspexit in calum. *Erat enim cor ejus fiduciam habens in Deum*. Nec fefellit, sed lapides jam jamq; volitantes in calumniatorum capita detorsit.

Huc refer
illustre exemplum Iudæ
Machabæi
ex lib. 2.
Mach. c. 15.

4. Reg. 6.

Syri capere conabantur, non timebat eos Heliseus, quia Deum videbat; servul⁹ eius timebat, quia Deum non videbat. Orat Propheta Deum, ut pueri oculos aperiat, fugit pueri ex animo metus omnibus, quia videt in montis circuitu exercitum Angelorum.

gelorum. Quid si vidisset Dominum Angelorum, cui tot parent exercitus, Deum Sabaoth, & totius militiæ cœli præfectum? Rex Iosaphat cum probè nosset, se hostibus parem non esse, ad Deum conversus, inter cætera profert: *Sed cum ignorem, 2. PAR. 20.* quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Dixit, fecit, crastinus dies illuxit, hostes Ammonitæ, Moabitæ, & Idumæi in se conversi, mutuis vulnerib⁹ conciderunt. Si tam certum est Dei adiutorium cogitantibus Deum sibi præsentem, quid est felicius hac exercitatione?

Paphnutius miseratus interitum animæ Thaidis (quæ fuerat diu scortum nobile, magna regionis illius corruptela, pestis animarum) succensus igne charitatis, ut eam ad frugem perduceret, admirando uritur strategemate. Ornat se militari habitu, Thaidem adit, unum se simulat adventorum, loci deinde secretum stipulatur, nolle se videri, inducit illa in cubiculum, negat ipse satis arcanum locum, itur in aliud interius, eandem moram objicit, tandem in domus penetrare perducit: En, inquit illa, locum ab omni arbitrio tam remotum, ut præter Deum & dæmonem nemo nos queat oculis auribusve excipere. Exhorruit Paphnutius, vel potius exhoruisse se simulavit: Et quid tu (inquit) insulsa, temeraria, salutis æternæ prodiga, hos duos non vereris, accusatorem, & judicem! cæteros esto vilipendas, non illum, qui ream, peragat; & hunc, qui supplicia decernat? Icta mulier dicto redit ad cor, respiscit, & eadem illi cogitatio, quæ mentem mutavit, proterviæ peccandi; finem attulit.

B. Ephræm Syrus, juvenis adhuc, cum esset in Metaphr. cellula, quam ad vicinam aream sibi construxerat, nescio quid olerum sibi ad levem cœnam præparabat. Mulier de vicinia, cui forma, quam pudici-

tia melior erat, adolescentis potiendi cupida per fenestram intropexit, & lascivè, nunquid pulmētarii condimenti deesset, quæsiuit. Ille voce agnita, oculis in terram demissis; deest vero (inquit) non parum, calx nempe & quinque lapides lateresve, quibus fenestram obturem. Illa provocatior: Ergo insolescis, quòd prior te compellarim? Scito tamen me certam obtinendi advenisse, nec destitutam, donec perficiam quod statui. Ephræm: Non alibi consentiam quàm si Cynicè in ipso Edeffano foro. Hoc verò (mulier ait) nimis probrosum & inverecundum foret, nec quidem coram hominibus stultissimam verò te mulierum (refert juvenis) quæ hominum conspectum vereris, & non beatarum mentium & Regis Angelorum. Altius hoc dictum in cor mulieris descendit, cadit in genua, veniam petit. Consiliis & monitis roborata, eam postea vitam egit, quàm Thais illa Paphnutii, quam Pelagia Nonni, quam Christi Magdalena.

Sanctus Ambros. serm. 1. in Psalm. 118. copiosè & sapienter invehitur in eum, qui existimabat impunè se posse fornicari, si nullus adsit. Putas ait, te solum esse cum fornicaris, & non recordaris, quia oculi Domini vident orbem terrarum? adest Pater, adest & Filius, adsunt Angeli ministri, adsunt Cherubim & Seraphim, &c. Et: Putas quòd in lupanari Christus te non videat, quem videt lupanar ingredientem? Putas quòd in adulterio te non depræhendat, quem videt adulteriū cogitantem? &c. Et: Videt diabolus, qui tecum introivit, imò qui te introduxit, vident ministricejus, &c.

Rectè igitur Divus Antonius Aegyptius, unicum ad vincendos dæmones remedium esse affirmabat, continuam Dei memoriam spirituali laceria commistam: hanc enim cunctos dæmonum laque-

laqueos constringere, insultus coercere, & machinationes fumi instar diffilare. Cum ergo hæc spiritualis lætitia semper hanc memoriam Dei comite-
tur, illud profectò conficitur, optimam hanc esse contra spirituales nequitias panopliam, & scutum quoddam validissimum, repellens omnia, vel ignea tela nequissimi.

S. Macarius, hujus magni Antonii discipulus scribit. Sicut Sacramenta in ignem projecta ignis
actiuitati nequeunt resistere: sed statim exuruntur: sic dæmones homini insidiantes, vri & absu-
mi igne diuinæ lucis, modò semper Deo totus ho-
mo adhærescat, hoc est, Deum quasi præsentem
semper contempletur.

*Hom. 12.
Præsentia
Dei dæmo-
nes vri, ut
flammis sar-
menta ur-
runtur. Hi-
storia Lan-
tia, c. 92.*

Diocles (auctore Palladio) dicebat, animam,
quæ à Deo se cogitatione separat, confestim in be-
stiam vel dæmonem, non naturæ essentia, sed mo-
rum imitatione commutare. Statim enim vinci
à carnis concupiscentia, atq; ita bestiæ fieri similis;
aut à tentatione spirituali invidiæ, iræ, vel super-
biæ vinci, & dæmoni assimilari. Quapropter o-
portet nos, quavis tentatione ingruente, statim ad
hunc clypeum confugere, & eius splendore hoste
cæcare. Celebratur meritò illud Gregorii Magni:
Cormemoria Dei occupatum non posse dæmonis
imperio parere: & illud magni Cassidori: Qui
semper mentis oculum in Deum habet defixum,
se ad peccatum non demittit.

9. Hæc continua meditatio præsentia Dei mi-
nificè auget, & conservat constantiam, vires ma-
gnas indit animo, audaciam, spem, animi robur in-
victum, & quandam cordis firmitatem stabilita-
temq; ingenerat. Sicut res, quæ in centro suo qui-
etæ manerent, à centro remotæ nequeunt con-
quiescere, & locum illum sibi naturalem semper
appetunt: sic homo ad Dei similitudinem & ima-
ginem creatus, ut in hac vitæ peregrinatione
Deo

Deo per amorem & contemplationem unitus in-
 hæreret, nequit extra Deum, qui eius centrum est,
 conquiescere: quò verò longius per peccatum se
 avertens, à Deo recedit, & quo diuturnius Dei
 obliviscitur, hoc eum necesse est magis esse vagū
 & irrequietum, & corde divisum. Cùm enim cor
 hominis otiosum esse nequeat, necessariò fit, ut
 qui à Deo cogitationem avertunt, ad creaturas
 varias & vanas cogitatu convertantur, & modò
 hoc, modò illud concupiscant, nec unquam sibi
 satisfaciant. Ut verò anchoris jactis nautæ navim
 firmant; sic nos oportet, divinæ præsentia firmam
 cogitatione vagantem animum, & huc illuc
 fluctuantem voluntatem religare. Hinc David: *La-*
ta super Dominum cogitatum tuum, hoc est, cogita-
 tionum tuarum anchoram in firmo ac solido divi-
 nae præsentia litore defige. Quo longius à Deo
 recedimus, eò efficimur instabiliore, quia propi-
 us tunc accedimus ad creaturas, in quibus est *va-*
nitas vanitatum: quò propius ad Deum accedim⁹,
 hoc firmiter stabilimur, quia Deus est stabilimen-
 tum & centrum nostrum, est compagis hujus ac
 domus fundamentum: quare in ejus præsentia
 constanter nos permanere oportet. *Homo sanctus*
 (ait Sapia) *in sapientia manet, sicut Sol: nam stul-*
tus, ut luna mutatur. Sensus est: Sicut Sol con-
 stanter lumen suum retinet, quia illud non emen-
 dicat fortis, sed habet in seipso: sic vir sanctus, co-
 gitans & timens Deum splendorem sapientia, quo
 illius mens resplendet, dictis factisque omnibus
 constanter retinet? quoniam inhæret Deo, qui
 vera & æterna est sapientia. Sicut autem luna lu-
 men inconstantia mira modò minuitur, modò au-
 gerur; sic homo impius & immemor Dei per va-
 rios casus & rerum diversas occasiones, nunc huc,
 nunc illuc rapitur, ita ut sibi ipsi non consentiat,
 sed plerumque secum pugnet: quia lumen Sapientia

Psal. 41.

Ecl. 27.

tiz de humana cæcitate accersit, seq; à veri luminis fonte clarissimo, Deo, segregat, longius longiusq; animo ab ejus præsentia recedens.

Cui Deus præsens est, stet ille licet in mediis fluctibus irati maris, pectore forti procellas excipiet: allaret caro: mundus circumstrepit; diabolus frendeat, fremat, dirissima minetur, non est quod expavescat, *impavidum ferient ruinae*, victor Job. 17.

emerget: & ut *cautes Marpesia*, inanes aquæ minas despiciet. Ita Iobus, Ita David fecerunt. Deum Job alloquens agebat: *Pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me*, provocat, insultat, exprobrat castris inimicorum Dei: veniat qui volet, prodeant gigantes, duello provocho. David autem: *Et si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es*, q. d. etsi in summo versarer vitæ discrimine, etsi me jam noctis illius æternæ

nigror horridus undique involueret, & mors jam aures vellens tam propinqua foret, quam est umbra corpori, securus sola Dei fretus præsentia, contemnerem illa omnia. Certissime cognovi, quòd in hac præsentia tutissimum refugium, validissimumque præsidium habeam. Verè tu, ô David, hoc noveras, qui etiam copiam bonorum iis repositam noveras, qui Dei præsentiam sedulo requirerent, idcirco enim canis alio loco: *Divites eguerunt, & esurierunt: inquirentes autem Dominum* Psalm. 33.

non minuentur omni bono. Ecce divites sæculi, quantum vis instat leonum (nam Hebraicè est, leones de paupertati sunt) omnia diripiant, corrodant, congerant, & devorare conentur; attamen collaticum iis, qui Dei præsentiam quærunt, egeni sunt, & Iro pauperiores: istis verò nulla adest inopia, abundant copiis omnibus. Nam in iis adimpletur Christi infallibilis promissio: *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia* (omnes res ad

Pars II.

K

vitam

Matth. 6.

vitam necessariæ) *adjicientur vobis*. Si quærentibus ipsum Dei regnum (ut præmium) omnia cætera adjicientur, quanto id potius, certius, & citius credendum est de illis: qui ipsum Deum nudè & simpliciter, immemores sui, inquirunt.

Psalms. 104.

Meritò igitur idem Propheta nos tam instanter urget: *Latetur cor, quærentium Dominum. Quærite Dominum, & confirmamini. Quærite faciem eius semper*. q. d. durate in hoc studio, semper ejus favore & auxilio indigeris, semper Dominus vester est, semper ergo a dntu, & proinde ab intuitu ejus pendete. Estote forti & perseveranti animo in quærendo Dei faciem, hoc est, Dei præsentiam (ut exponit B. Augustinus) Dei à quo vobis omne robur manat (ut exponit Apollinarius,) quia præsentia in sacris literis solet significare favorem, auxilium, præsidium.

10. Qui sedulus est ut coram Deo ambulet, is etiam à Deo facile quæ vult (si justa velit) impetrat, ut ab amico, & delictorum præteritorum veniam consequitur, & Dei scuto protegitur, peculiarique cura atque sollicitudine tutus præstat.

Est enim hæc exercitatio unicum, & eximium medium, quo tanquam per canalem quendam aureum pretiosa Dei charismata in nos derivamus. Etenim Deus est fons immensæ bonitatis iugiter se copiosius effundens: sed ut liquor in animos omnium influat, vult Deus homines ad se propius accedere, & fluenti gratiæ suæ de ubere quasi ore exsugere, & corde excipere. Nonne David dicebat: *Accedite ad Dominum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur*; q. d. quandiu acceditis, vultus vestri in diversa non amplius mutabuntur, constans erit lætitia vestra.

III. CON.

III. CONFIRMATIONIS Locus sit facilitas huius
creaturæ.

Non est cur quispiam difficultatem hic ullam reformidet. Nam non potest nobis esse difficile id intueri, quod ubique ad manum est, & cuius aspectum, si modò velimus, nihil est, quod nobis queat eripere. Jeremiæ ore dixit Dominus: *Nun- Jerem. 22.*
quid non calum & terram ego impleo? Quam facile est lucem intueri, tam facile Deum tibi præsentem proponere: sicut eius vel splendor, vel calor *Lib. de Offi.*
c. 14. Sol. vñ
caloris etiã
abditæ &
interiora
terrarum
penetrat.
penetrat omnia, sic Dei præsentia & cognitio cuncta pervadit. Si, inquit Sanct. Ambrosius, radius Solis fundit lumen suum super omnem terram, & in ea, quæ clausa sunt, se inserit, nec vectibus ferreis, aut gravibus valvarum obicibus, quò minus penetret, impeditur: quomodo nõ potest intelligibilis Dei splendor, in cogitationes hominum & corda semet (quæ ipse creavit) inferere?

Nihil adeò densum, solidum, opacum, continuum, quod Deum queat excludere. Ut animabus, & gloriosis corporibus cuncta, saxorum quoque durities sunt pervia: sic Deo cuncta sunt penetrabilia, qui cunctis rebus illud ipsum tribuit, quo aspiciuntur à nobis & præclara esse iudicantur. Terram vides? in terra Deum altorem cunctorum vides. Mare cernis? in mari Deum cunctorum parentem cernis, Aërem, sentis? hic ipsum tibi, quo spiras, vitæ datorem & halitus conservatorem repræsentat. Ad cælum oculos attollis? domus illic est Dei, ibi degit, ibi tibi secum futuram mansionem præparavit. Hominem adspicis? Dei similitudinem & imaginem adspicis. Quid ergo facilius, quam Deum cernere ut præsentem, quem singulæ suo modo tibi exhibent creaturæ.

Non solum Deus per innumera dona sua se semper oculis ingerit; sed etiam videtur mihi difficillimum, imò *ἀδύνατον*, longo tempore Deum animo præsentem non videre. Potesne Solem non videre? oculos claude: diu clausos tenere nonne difficile admodum, nonne molestum, nonne miserum? Difficilimum ergo fuerit persuadere sibi diu DEUM non esse præsentem.

IV. CONFIRMATIONIS *Locus à iucunditate huius exercitij.*

Voluptas, quæ ex DEI præsentia intellecta hauritur, omnium maxima est, & evidentissima.

Psalm. 38.

I. Quia cum Deum tibi præsentem constituis, omnium sensuum delectatio concurret: simul, inquam, vides, audis, tangis, gustas, odoraris. Ideo solet ea Psalmista conjungere: *Gustate & videte quoniam suavis est Dominus*, hoc est, cum videbitis, simul gustabitis ineffabilem illam suavitatem in dulcedinis fonte. Quanta voluptas est huius visionis, quæ una desiderium cunctorum simul sensuum potest explere? maximè cum voluptas spiritualis, quæ oculis intelligentiæ percipitur, sit acrior; quàm corporalis; & voluptas visus sit acrior & penetrantior, quàm aliorum sensuum, quia sensus functio cæteris sensuum functionibus est spiritualior, subtilior, &, ut Scholastici dicunt, activior.

Sensuum voluptas obiecti pulchritudinem & bonitatem capit incrementum

2. Quin obiectum huius spiritualis visionis suavissimum est: cum enim Dei pulchritudo, suavitas, justitia, clementia, sapientia, cæteræque dotes sunt quidam fontes perennes omnium istorum, quæ in rebus creatis placent, & sunt infinitæ perfectionis, sequitur, dulcedinis earum ex parte Dei modum esse nullum; ex parte nostra, quantum quisque capit, & cupit, & qui unumquemque expleat: si cor exigua charitate dilatatum sit, exiguum: si vastum & amplum amore, tale quoque quod ab eo

ab eo percipitur fore. Deo nihil pulchrius, nihil
 jucundius, quam Deum videre, nihil concinnius,
 nam omnem harmoniam superat illa intelligibilis
 simplicitas: nihil ergo suavius audire, quam De-
 um; nihil Deo dulcius, nihil lenius, nihil fragran-
 tius? nihil ergo est, quod quis merito malit olfa-
 cere, rangere, gustare. Sic omnem animæ sensum
 præsentia Dei summo opere delectat. Dicitur solet: O-
 culus domini saginat equum, sed Dei præsentia o-
 pimiùs animam saginat, Considerate domesticum
 animal canem, quanta absente hero tristitia mole-
 steretur, quanta subito gestiat lætitia eo revertente.
 Solis exortu & præsentia orbis totus, tellus, aër,
 cælum quasi rident & amœnantur. Eodem modo
 humanus animus afficitur. Solis justitiæ exortu
 in corde. Si quis in maris tempestate nigrante cœ-
 lo, cum non una nox est, sed densa tenebras obruit
 caligo; cum in astra pontus tollitur, & cælum pe-
 tit; cum omni luce subducta cælum fretumq; mi-
 scentur sævum sævientibus undis: si quis, inquam,
 nautarum subito lumen aliquod albi sideris micare
 videat, bonam confestim vitandi naufragii spem
 capit: imò in hujusmodi nocturnis naufragiis et-
 iam iucunda lux esse solet, quæ noxia est ac peri-
 culosa: Quanto dulcius & optatius nobis esse lu-
 mē deberet, clarum istud, amœnum, & omni malo
 liberans, præsentia divina? Quam jucundum est
 recogitare in hac miseriarum sentina, tot insidiis,
 tot periculis nobis undique obsessis, Deum ad-
 esse auxiliatorem sospitatoremque? Deum ani-
 mo cernere nobis præsentem, faventemque?
 Non arbitror ullam ad eò molestam, ad eò ærum-
 nosam esse posse calamitatem aut difficultatem,
 quam ista cogitatio non leniat, non mitiget non
 dulcoret. B. Antonio quondam in spiritali con-
 flictu, quo & ipse vapulando, & dæmones eum
 dirissi-

*Præsentia
 Dei cogita-
 ta omnem
 animi mole-
 stiam dissecat.*

ditissimè verberando pariter defatigati fuerunt, hoc unum angori & dolori fuit, quòd Deum sibi præsentem non cerneret, non sentiret. Nam mortui ei postea Dominus apparuit, & duelli se spectatorem fuisse professus est, omnis mœror, omnis dolor recesserunt, & animi vires cumulationes re-

*2 Mach. c. 15
Machabæo-
rum victoria.*

*Vicerunt,
quia Deum
oratione sibi
fecerāt præ-
sentem. Pos-
sumus, licet
aliis negotiis
distinea-
mur, inter-
ea Deum a-
nimo præ-
sentem pro-
ponere.*

dierunt. Non absimile est, quod sacer narrat historicus. Nicanor, & qui cum eo erant, sudebant elephantis, quadrigis, equiti, pediti, & ferocia animorum; Judas Machabæus, & qui cum ipso erant, in solo Deo Sabaoth præsentem confidebant: clangebant illi recurvo ære in auribus hominum, isti orationis feruore Dei solium sollicitabant. Quid consecutum? manu quidem pugnantem Aslamonæi, sed Dominum cordibus orantes, prostraverunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnificè delectati. Hæc enim faciebat, ut sitis, ardor, pulvis, vulnera, lassitudo, mortis pericula melle dulciora illis viderentur.

3. Quia hæc voluptas caret iis, quæ minuere solent, & solidam esse non sinunt lætitiã, quæ ex creaturis percipitur: Deus enim nunquam à te refugiet, nec tergum præbebit, nisi lethali offensus peccato, neque hujus voluptatis satietas te capiet unquam: Non est quod timeas fastidium ex copia: sæper enim in Dei visione aliqua nova perfectio se offert, quam semper gaudeas de novo amando & intelligendo te possidere; & statim & alia sese ostentat, quam æquè concupiscas, & desideres perfrui. Denique cum creaturarum rerum voluptas sit finita, non potest tollere omnes mœroris & tristitiæ nostræ causas; at nulla est indigentia, nulla afflictio, nulla bona sitis, quam Dei præsentia tibi nequeat satiare, remouere, & ditare. Sufficit una cunctis necessitatibus. Eges doctrina? aderit tibi
verus

verus doctor, vera sapientia. Desunt vitæ necessa-
ria: adest tibi à dextris, qui unus tibi erit omnia, à
quo uno sunt omnia. Hinc Rex & Propheta hym-
nographus, postquam dixisset: *Providebam Domi-
num in conspectu meo semper*: q. d. omnia omni tem- *Psalm. 19.*
pore dicta, facta, cogitata mea in Deum referebā,
ut in scopum, quod scirem ab illo cælum & terram
impleri: *providebam*, illum mihi præsentem, non
ut otiosum mei spectatorem: sed ut agonothetam,
ut symmachum, ut ducem, ut directorem, ut de-
fensorem, ut spem desperantium, ut tristium con-
solatorem, ut vindicem oppressorum) Subdit: *Quo-
niam à dextris est mihi* (hoc est, auxilium mihi præ-
ber, & me defendit) *ne commovear. Propter hoc lata-
tum est cor meū & exultavit lingua mea*, hoc est, tan-
to perfusus sum gaudio, ut cor illud capere non
possit, & ideo quam cor capere non poterat abun-
dantiam in exteriora membra effudit, tam copioso
impetu & vehementi, ut quæ cælo descenderat
lætitia summum caput peteret, & linguæ plectrū
impellenti & ore tandem erumpens, hymnis &
canticis eam testaretur, & in cælum usq; alis de-
siderii & orationis evoleret.

*Sic alis de-
siderij & o-
rationis in
cælum usq;
evolat.*

Psalm. 14. Oculi mei semper ad Dominum,
(*sicut diriguntur oculi nautarum ad cynosuram.*)
Sancti Gregorius Agrigentinus dicebat, se quacunque
*ipsum possent affligere haud difficulter solitum re-
pellere continua quam ante oculos haberet, Dei præ-
sentia, 4. Quia cogitatio ista divinæ præsen-
tiæ quædam est quasi prægustatio seu vestibulum*
*æternæ beatitudinis, cuius tanta est effica-
citas ut si totum mare plenum absinthio foret,*
*una divinæ præsentiae guttula totum illud mel-
lis dulcedine posset imbuere. Perfecta & con-
summata beatitudo vitæ alterius in Dei clara vi-
sione consistit. Sed qualem in hac vita possu-
mus*

*Lib. 1. & 10.
Ethic.*

mus habere beatitatem imperfectam illam, etiam
quæ illius perfectæ visionis quædam adumbratio
& inchoamentum est. Regina Saba Salomoni dice-
bat: *Beati viri tui, & beati seruitui hi, qui stant
coram te semper*: quanto beatiore, qui juges in
hoc exercitio stant omni tempore coram melio-
re Solomone, coram Regum Rege? S. Climacus
gradu ultimo scribit: Beatos nos fore, si sic co-
ram Deo perstemus in oratione, sicut aulici per-
stant coram rege suo. Quomodo illi perstant?
semper quidem compositi, caventesque, ne
quid in vestitu, gestu, motu, verbis, Principi di-
spliceat, interdum timide illi loquentes, inter-
dum auidè audientes, interdum duntaxat præ-
sentem adspicientes, & à nutu eius dependen-
tes.

V. *à necessario.* Nisi iuge ac perpetuum sit hoc
exercitium, cæterarum virtutum opera flacce-
scant, marcescunt, & pedetentim deperunt.
Ut enim cum quis vult aurum purgare, si pauli-
isper ignem sinat in fornace extinguere, facit ut ma-
teria auri, quæ purgabatur, iterum indurescat:
sic qui aliquando Dei memor est, aliquando im-
memor, quod exercitatione illa pepererat, id
intermissione totum sibi deperdit. Vix dici po-
test, quàm noxia sit diuturna hujus exercitij in-
termisio. Nam qui multis diebus præsen-
tem sibi Deum recogitando non adspiciunt, mul-
tas animi sordes, & venena imbibunt. Tanta
certè peccatorum, quanta in improbis est cerne-
re, multitudo, præsentia divina oblivioni vi-
detur maximè imputanda: contra, qui deum quæ-
renis ad cælestia transferunt, hi Deum in multi-
tudine humilitatis & compunctionis suæ pla-
cant, & in omni tempore locoque conantur pec-
cata

*Psal. 9.
non est
Deus, &c.*

caro fugere. Quisque, quæso, suum scrutetur sinum, vix reperietis illi viam tot peccatorum, quorū quisque conscivit, alia via in animum irrupisse, quam a versione à Deo, & conversione ad pellaces creaturas: invenietis vos nunquam ad frugem rediisse, nisi postquam Deum præsentem, testem, & iudicem ad stare vobis cogitastis. Non puto (inquit B. Augustinus, de rebus terrenis loquens) posse mihi hæc in summum venire contemptum, nisi videro illud, in cuius comparatione sordescat. Non sordescunt autem faciliè, nisi in Dei divinarumque rerum comparatione. Ut ergo sordescant, nobis hoc exercitium prorsus est necessarium.

EPILOGUS constabit Paranesi ad hoc exercitium.
Sedulò & ardentè ad hanc Philosophiam conitatur, ferventer hanc sapientiam adipisci desideremus, quod tantopere Deus, idem nos velimus oportet; ne cum Protoplasto expellamur horto veræ voluptatis, ne cum Caino cœlorum regno excludamur: sed cum Enoch & Elia in coloniam melioris Paradisi transcribamur: ne cum Gigantibus gementes sub criminum aquis pereamus, sed cum Noëmo per lignum crucis in Ecclesiæ arca conservemur. Imitemur Moysen, sicut ille cum Tabernaculo & coram Deo, sic & nos ambulemus: menti jugis Dei memoria obversetur, sine oculi nostri in manibus Domini nostri semper, quod bonos ac fideles servos decet: Deo strenuè ac fideliter servire conemur. Aulicos imitemur, quos non piget solidum diem stare coram Principe suo tacitos, moribus, habituque corporis toto ad modestiam composito, ipsa sua præsentia dicentes, præsto adsum jube quod vis confectum dabo. Imitemur laudatos milites qui in oculis imperatoris strenuè decertant, & omni studio conantur ei virtutem, suam probare. Ne parvis simus

militibus similes, qui amant nec videre ducem; nec ab eo videri, ut liceat manum complicare, fugere, vel emanere. Deteriores illis essemus. Nam isti nihil horum facinorum audent, cum videri se à Capitaneo arbitrantur. Nos sperare non possumus ignaviam clam fore, quia scimus Deum omnia intueri. Quis ergo sciens se à Deo videri, audeat scientem, cernentem offendere? hæc non infirmitas humana, sed contumacia, sed contemptus, sed infania, sed sacrilega impietas vocanda. Nolite, Auditores, peiores esse improbo illo in Christi parabola servulo, qui fretus absentia heri sui, cœpit omni petulantia conservos suos divexare: adest noster, nunquam abest Dominus. Nolite praviores esse improbis illis vineæ redemptoribus, qui fiducia discessus patrisfamilias magno suo cum malo malè rebellant. Nolite stultiores esse filio Prodigio, qui cum in oculis paternis versaretur, quantilibet erat pretii, ut verò discessit longè à domo paterna, verecundia frano rupto, substantiam omnem luxuriosè vivendo cum meretricibus decoxit. Nemo potest à Deo latum culmum discedere, nemo Deum latere, nusquam abit à nobis, nos nostraque intuetur, in eo vivimus & movemur. Optimè Seneca scribit: Prope est à te, tecum est, intus est, hunc intimum testem circumferimus, hunc vitare non possumus. Imitemur S. Jobum, qui Deum nihil ignorare, nihil oblivisci profiteretur: cum enim

Job. 34. sciret, quòd à Deo districtè (ut ait B. Gregorius)

Lib. 15. Mor. cap. 4. omnia non solum facta, sed saltem cogitata pensentur: sciebat occulta nostræ mentis itinera nullum hominum videre, & tamen ante Dei oculos tot gressus nos ponere, quot affectus movemus; toties ante illum nos labi, quoties à recto itinere cogitando, pede claudicamus. Cùm nos videri non credimus, in Sole, inquit idem Greg.

Cap. 6. clausos

clausos oculos tenemus: illum videlicet nobis abscondimus, non nos illi. Sed qui sic Deum sibi abscondunt, iræ thesauros in die vindictæ miserè recondunt, thesaurizant sibi supplicia, quia qui cuncta videt, cuncta refert in tabellas, indelebiles quidem illas, & nunquam amittendas, videt, meminuit, vindicabit. Vah, quis hoc credens, quis hoc certò sibi persuadens, hoc sæpe in memoriam revocans, queat Deum offendere? Satagamus, ut per jugem Dei præsentiam mundo corde efficiamur, & per cordis munditiam Dei familiaritatem adipiscamur, & in hac via, & in æterna vita. Properemus per hoc stadium ad illam metam, per hoc vestibulum in illud atrium nos proripiamus, per hanc meditationem ad illam fruitionem contendamus, quæ (ut ait Augustin.) est dulcedo inæstimabilis, per quam omnis amarities dulcoratur. Hæc Stephano lapides torrentis dulces effecit, cum videret *Dominum Iesum stantem à dextris Dei*: hæc craticulam Laurentio edulcavit: pro hac libens Bartholomæus pellem commutavit: propter hanc dirè flagellati Apostoli, *gaudentes à conspectu Concilii* discesserunt: propter hanc tam latus, tam securus Andreas ad Crucem advolavit: huius dulcedinis prægustatio fecit, ut Joannes dilectus Domini non trepidus venenum exhauriret, non pavidus vas olei calentis intraret: hæc potuit caruificis gladium ad eò mellicum Paulo reddere, ut de cervice abscissa copiosum lac promanaret, vix guttulam unam Petrus hauserat, & spirituali musto madidus omnium immemore exclamat. *Bonum est nos hic esse, faciamus hinc tria tabernacula, q. d. hic moremur, hic moriemur, cæterorum curam omnem abjiciamus, nullo alio indigemus, sufficit nobis Domine videre te, videri abs te, hac dulcedine faciem*

tuæ inebriari. Ut igitur huius exercitii magnā facilitatem, & quendam quasi habitum consequamur, oportet ardentem hoc negotiū aggrediamur, amoris Dei frequenter facultas nobis ipsis subdamus, ferventibus & calidis precibus hoc exercitium à Deo postulemus, aliisque spiritualibus exercitationibus eiusdem exercitii examen quotidianum adjiciamus, quo qui se memorem fuisse deprehenderit, proponat constantiam; qui obliviosum, proponat emendationem, & inultram hanc ingratitude non sinat; sed ipse seipsum iudicet, ne à Deo postea iudicetur.

*XVIII. DE PRISCÆ ET NOSTRÆ
ætatis Ecclesiasticis, deque modo ac via ad vitam
felicitatem ac venerandam antiquitatis fa-
ciem revocandi.*

EXORDIUM sit querela de gravissimis & peccatis, & calamitatibus horum temporum: vel ducatur à causis, quibus ad dicendum, vel inductus, vel impulsus es. Cum adsit ferè nemo, quin acutius atque acrius vitia indicente quam recta videat, qui me hoc tempore non maximum onus atque munus suscepisse censeret, quòd cum nullis delinire, tum verò multis concionis aures offendere possim, omnibus tamen silentibus, unum me, & maximis de rebus, & magno in conventu hominum amplissimorum audiendum hoc ipso facto satis impudenter profitear. Et certè quid mihi faciendum putarem difficulter constitui, cum subodorarer, aliis me, si maiorum, quibus hæc infelicissima tempestate premimur, causas attingerem, acerbiores, aliis nisi pro temporum atrocitate eorundem malorum auctores pari verborum gravitate notare, ex eorum me hominum genere videri posse, quos Propheta parietem sine temperamento linire detestatur. Ut verò hoc ancipitem cogitandi attulit curam, ita rursus

Ezech. 12.